



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 129. Navarræ Rex, & Condæus Princeps aulam accedere a Rege jussi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

teros etiam ad mortem damnasset Bor-
 dinum, quem Condæus ob probatam fi-
 dei suæ integritatem plurimi habebat.
 Porro in fidelitatis præmium Acho-
 nius Abbas ad Arelatensem Archiepis-
 copatum nominabatur.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1560.

§. CXXIX.

*Navarræ Rex, & Condæus Prin-
 cept aulam accedere a Rege
 jussi.*

Interea crebrescente passim de novis
 motibus rumore Regina Mater, ut
 Regis Filii sui, suæque securitati con-
 suleret, Fonte-Bellaqueo ad oppidum
 S. Germani in Laja confugit, ubi Car-
 dinalis Castillionæus, ejusque Frater
 Francicæ classis Præfectus ab eadem
 Regina licentiam impetrabant, ut Ro-
 jam Viduam Sororem suam, ac Con-
 dæi Principis Socrum de criminibus i-
 plius Genero imputatis certiore red-
 dere possent: horum caussa, inquietabant
 ipsi, Rex Antonium Crussolii Comitem
 ad Navarram legaverat, eique, ut Con-
 dæum fratrem suum in aulam adduce-
 ret, mandaverat, fide data, nihil ei da-
 mni inde obventurum, cum Rex equi-
 dem crederet falsa esse ea, quorum ejus
 Gener insimuletur, sed Regis interesse,
 & ad Condæi Principis existimationem

Thuan. l. 6.

H h 5 per-

Sæcul. XVI.
A.C. 1560. pertinere, ut eorum vanitas, & rei veritas cunctis innotesceret.

Verum Rojenfis Vidua hæc refcriptit: „ minime de Condæi Principis „ innocencia dubito, attamen valde durum mihi videtur, quod idem eo absque ullo præsidio comparere jubeatur, „ ubi tamen Guisii Principes jurati illius hostes rerum summa potiuntur. „ Hisce literis Catharinæ Reginæ exhibitis ipsa inde graviter offensa respondit, quod nullus majori, quam solito, comitatu stipatus Regem accedere audeat, si vero Condæus cum numero magis amplo veniret, Regem multo majori instructum reperturus esset. Sub idem tempus Franciscus Barbanfonus Canius in Varanensi arce sua ad Esiam prope Noviodunum sita, necnon Robertus Hajus Parisiensis Senator tanquam rerum Condæi Principis gnari in carceres abducebantur, & quidem ex his posterior ad oppidum S. Germani transferebatur. Porro cum Crusfolius Comes ex Navarræ Rege, & Condæo Principe fratre suo veritatem extorquere desperaret, a Rege submittebatur Borbonius Cardinalis utriusque Frater, Vir ad eos reducendos magis idoneus.